Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek





orbem terrarum inautum. sed sane sufficit orbi terrarũ tenere
pmissiones dĩ. & in se uidere compleri quod pphetae tanto ante
cecinerunt. In eisdem scribturis agnoscere ecclesiã. ubi & rex
eius xp̃s agnoscitur. Ubi enim de xp̃o talia praedicta sunt.
qualia conplta in euangelio legimus. illic predicta sunt. de ecclesia
qualia conpleri toto orbe iam cernimus. Nisi forte quẽquam
prudentiã pmouebit. quod baptismũ solent dicere hunc esse
uerum baptismum xp̃i. Cum ab homine iusto dato. cum ad hinc
teneat orbis terrarũ euidentissimam & euangelicã ueritatem
ubi iohannes ait. Qui me misit baptizare in aqua. ipse mihi dixit.
Super quem uideris sp̃m descendentem quasi columbam. & manentẽ
super eum. ipse est qui baptizat in sp̃u scõ. Unde secunx ecclesia
spem non ponit in homine ne incidat in illã sententiã in qua scriptũ est.
Maledictus omnis qui spem suã ponit in homine. sed spem suam
ponit in xp̃o. qui sic accepit formã serui ut non amitteret formã dĩ.
De quo dictum est. ipse est qui baptizat pinde homo qui libet minister
baptismi eius. qualemcũq: sarcinã portet. non iste. sed super quem
columba descendit. ipse est qui baptizat. Illos autẽ uana sentien
tes tanta absurditas sequitur. Ut quo a bea fugiant non inueniant.
Cum enim fateantur ratum & uerũ esse baptismũ. quando baptizat
apud eos aliquis criminosus. Cuius crimina latent. dicimus eis.
Qui stunc baptizat. Nec habent qui respondeant. nisi ds̃. Neq:
enim possunt dicere quod homo adulter quemquã sc̃ificat.
Quib: respondemus. Si ergo cum baptizat homo iustus. manifestus
ipse sc̃ificat. Cum autẽ baptizat homo iniquus occultus. tunc
non ipse. sed ds̃ sc̃ificat. Optare debent qui baptizantur.
ab occultis malis hominibus potius baptizari. quã a manifestis
bonis. Multũ enim eos melius ds̃. quã libet homo iustus sc̃ificat.
Quod absurdum est ut quisq: baptizandus optet. ab occulto adultero
potius baptizari. quã a manifesto casto. restatutiq: ut quilibet